



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

115. An Episcopi post resignationem alicujus beneficij factam in eorum manibus possint illud conferre suis, vel resignantis familiaribus, affinibus, &c. Vbi etiam aliqua notabilia invenies circa ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



loquitur absolute prohibendo ne assumatur ad beneficium minor quatuordecim annorum. Sed ad hoc respondet Nouarius *ubi supra*, vt visum est, & secundum sententiam Nouarii decidisse Rotam Romanam in vna Gerunden. beneficij, 12. Iunij 1579. coram Lan- celloto; prater Nouarium testatur Gaspar de benef. tom. 2. part. 7. c. 4. n. 10. & habetur etiam hæc decisio in nouiss. decis. 482. n. 3. in fine, part. 1. & ita etiam nouissimè hanc sententiam contra Riccium, & alios tenet idem Nouarius in nouo iur. Pont. concl. 14. n. 7.

3. Notandum est tamen hic obiter, non oportere esse expletum quartumdecimum annum ad obtinendum simplex beneficium vt notant Henrici. l. 10. c. 19. n. 2. Galli in *margarita cas. Consol. ver. beneficium*, n. 4. Velascus tom. 1. alleg. 8. Campanili in *diner. iuris ean. rub. 7. c. 6. n. 2.* Gonzalez reg. 8. *Cancell. gloss. 3. n. 90.* Azorius part. 2. lib. 6. c. 5. q. 7. & alij. Sufficit igitur annum 14. esse ceceptum; quidquid in contrarium afferant Tufchus *concl. 338. n. 10.* & 15. *litera E.* Mandosius *de etate minorum c. 4. n. 3.*

## RESOL. CXIII.

*An si Testator dicat, vt Capellania conferatur Sacerdoti, conferri possit Clerico minorum Ordinum?*

*Et an saltem pro vna, vel altera vice possit Episcopus dispensare supra dictam qualitatem?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 227.

§. 1. **N**egatiuè respondet Barbofa *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 44. num. 17. & seq.* Castrus Palaus tom. 2. *tract. 13. disp. 1. punct. 6. n. 12.* & alij, quia præsentandus debet habere qualitatè à fundatore requisitam; sed fundator dixit, Capellaniam esse conferendam Sacerdoti; ergo si hac qualitate caret, non potest eligi, nec valet dicere habere illam aptitudine, quia hoc non est propriè habere illam.

2. Verum ego sine vlllo metu contrariam sententiam in praxi sequi posse existimo, quam tueretur Perez de Lara *de Capellania lib. 2. cap. 5. num. 16.* Gratianus in *discept. forens. cap. 133. num. 1. & seq.* Patius *de resign. benefic. lib. 3. quest. 9. num. 3.* Gonzalez in *Regul. Cancellar. 8. gloss. 3. num. 74. & 104.* cum alijs penes ipsos, quando testator disponit per verba affirmatiua, vt si diceret instituat Capellanus Sacerdos, qui Missas celebret secus autè si disponeret per verba negatiua, dicens: vt nullus alius, nisi qui actu Sacerdos sit instituat, quia illa verba aptitudinem significant, non actum, nempe illam Capellaniam Ordinem sacerdotalem habere annexum, & esse sacerdotalem, & ideo sicut beneficium parochiale, & Canonicatus sacerdotales habent annexum Ordinem sacerdotalem & hoc non obstante, quando alicui conferuntur, non est necesse, vt actu Sacerdos sit, sed sufficit esse aptitudine vt intra annum à die adeptæ possessionis Sacerdos ordinetur, sic in nostro casu potest conferri Capellania non Sacerdoti, dummodo habilis sit intra annum Sacerdos esse.

3. Notandum est etiam hic à fortiori contra Lambertinum *de inrepatron. part. 1. lib. 2. q. 7. art. 27.* Gutierrez *consil. 1. num. 11. & consil. 2. n. 15.* Azorium p. 2. lib. 6. cap. 24. q. 3. Rodriguez *qq. Regul. tom. 2. q. 112. art. 2.* & alios, quod si testator dicat: Instituat Capellanus qui Missas celebret, ex istis verbis non inferretur Capellaniam, actu vel aptitudine proxima debere esse sacerdotalem sed conferri posse cui libet constituto in ætate 14. annorum. Ita Lara, Gonzales, & Barbofa, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *loco cit. n. 18* quia supradicta verba solum significant, Capellanum adstrictum esse celebrare, sed huic obligationi potest per alium satisfacere ergo, &c. & ideo nisi

fundator dixerit, vt Capellanus teneatur per se ipsum Missas celebrare, & non per substitutum, poterit patronus præferre Clericum beneficij simplicis capaxem. Et ita etiam ego docui in *par. 2. tr. 14. ref. 18.*

4. Et tandem pro coronide huius resolutionis nota quòd ponendo aliquam Capellaniam actu, vel habitu sacerdotalem esse, ex consensu heredis possit Episcopus supra dictam qualitatem, saltem pro vna, vel altera vice dispensare, vt conferatur Clerico 14. annorum, secundum Aldephonsium de Lara *de Capellania lib. 2. cap. 5. n. 28.* Cuchus in *instrum. lib. 2. tit. 9. num. 62.* Vgolinus *de offic. Episcoporum. cap. 61. n. 7.* Abbas, Imola, Felinus, Nauarrus, Rebuffus, Zerola, Zecchius, Leo, Sà, Lambertinus, quos citat Castrus Palaus *ubi supra num. 21.* licet ipse *num. 22.* contrarium sentiat cum Gutierrez *consil. 1. n. 19.* Garcia *de benef. tom. 2. part. 7. cap. 1. à num. 107.* quibus ego addo Monetam *de commut. vlt. volum. cap. 5. num. 302.* Riccium *collect. 158.* Barbosam in *collect. DD. super Concil. Trident. sess. 22. cap. 7. num. 7.* & alios penes ipsos rationem adducentes, quia Concilium Tridentinum *sess. 15. de reformat. cap. 5.* prohibet Episcopis, etiam cum consensu patroni, tollere qualitates in fundatione beneficiorum appo- sitas.

## RESOL. CXIV.

*An obligatio eligendi digniorem extendatur etiam ad resignantem beneficium suum in fauorem alterius?*

*Et an Collator peccet acquiescendo resignationi minus digno, relicto digniori?* Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 41.

§. 1. **N**auarrus in *Miscellan. 38. num. 7. Sor. de iust. lib. 3. q. 6. art. 2. in fin.* & nouissimè P. Valquez *opus. de benef. cap. 2. §. 4. dub. 7. num. 100.* asserunt extendi. Vnde Valquez ait: Cauere debent renuntiantes, ne prætextu consanguinitatis, vel alia via, prætextu maioris pensionis renuntient beneficium indigno, aut saltem minus digno. Vt enim supra diximus, sicut & electores, ita & renuntiantes tenentur consideratis omnibus, digniorem eligere, in quo forsitan plurà peccata committuntur, quam aduertantur. Hæc Valquez, satis quidem rigide.

2. Opinio igitur contraria amplectenda mihi videtur, & amplexi sunt Regin. tom. 1. lib. 30. *un. 3. cap. 14. n. 170.* Lessius *lib. 2. c. 34. dub. 13. num. 61.* & Malderus in *2. tract. 9. c. 2. dub. 7.* qui citat Caietanum, Sà, & Salonium. Et ratio est, quia cum iste resignans non sit distributor, si iure permittatur in fauorem resignare, potest resignare digno, cui voluerit; neque hic est locus concursus, tanquam ad commune bonum, ex parte totius distribuendum, sed pars partii ius suum transfert. Vnde patet, etiam tunc collatorem non peccatum acquiescendo resignationi minus digno, relicto digniori; & sic Petrus de Aragona in *2. 2. q. 63. art. 2.* ait hanc sententiam esse conformem praxi receptæ, etiam ipsius Summi Pontificis.

## RESOL. CXV.

*An Episcopi post resignationem alicuius beneficij etiam in eorum manibus possint illud conferre suis, vel resignantis familiaribus, affinis, &c.*



Utrum aliqua notabilia inuenies circa intelligentiam Bullae Pij V. de resignatione beneficiorum. Et an ob praedicta Bulla est usu recepta, Patroni possunt praesentare ad beneficia haec resignata, consanguineos resignantis. Et an resignanti liceat nominare successorem, non deducendo in pactum, ut ipsi detur, sed significando collatoris, ut si velit, det ipsi. Ex p. 5. n. 14. & Misc. 2. Ref. 26.

**N**egatiuam sententiam determinatam esse in Motu Pij V. qui incipit, *Quanta Ecclesiae Dei*, edito anno 1568. obseruat Filiucius tom. 3. de Resignat. c. 8. n. 29. & ideo Villalobos in *summa*, tom. 2. de Resignat. c. 2. n. 2. sic ait. *Pio V. en su Estrauag. manda a los Colatores de los beneficios resignados, que no los den a los hijos, o a los parientes, o a familiares de los que resignan; y que si hizieren lo contrario, sea irrito.* Et ita hanc sententiam tenet et probat Paulus de resignat. benefic. lib. 5. q. 6. n. 188.

2. Verum his non obstantibus Castrus Palaus tom. 3. tract. 13. diff. 6. punct. 2. §. 1. num. 7. putat quoad hoc hanc Pij V. constitutionem non uideri usu receptam, sed potius a principio fuisse ab ea supplicatum, & conuenienter nec penas ob hanc causam illidem impositas. Ita ille, & ante illum Garzias de beneficiis tom. 1. p. 11. cap. 3. num. 270. & Barbosa de pract. Episcop. p. 2. alleg. 69. num. 48. quibus ego addo Episcopum satis quidem doctum & Pium, Alphonsium Molotium in *sum. tr. 15. c. 10. n. 2.* ubi sic asserit. *Pio V. en su proprio moto ad las manos a los Obispos, mandando con graues penas, no pudiesen dar estos beneficios puestas en sus manos a sus parientes, ni a sus familiares, y criados. Fue mandado rigorissimamente para los Obispos, que haciendo el dover suyo, acomodando sus familiares y parientes segun su merced, quando les uenian a dar los beneficios, y quando les uenian a dar las otras, era intolerable obligarlos a que cada qual se apartara de estas prouisiones acudiesen a Roma. Suplico el Señor Rey Felipe I. de este mandado, y con sus cedulas a los Obispos, hazendoles saber como se uenia supplicado desta Estrauagante, y que con seguridad de conciencia podian seguir la costumbre antigua, y recebiendo auiso en una cedula real sobre el caso. Ita Molotius.*

3. Sed hi Doctores loquuntur quoad Regna Hispaniarum. Vnde pro aliis, ubi dicta Bulla est usu recepta, dubitatur circa illam ap. patroni possunt praesentare ad beneficia haec resignata consanguineos resignantis, quia in prohibitione non loquitur cum his, sed cum collatoribus, ne illi conferant. Quod potest intelligi ne illis conferant proprio motu, sed cum quando praesentatur a Patrono. Et quamuis penas in dicta Bulla statuta comprehendant etiam patronos praesentantes, id tamen intelligendum est, quando praesentant contra id, quod ibi illis prohibetur, quod tamen non est praesentare consanguineos resignantis, sed quod Praelati non admittant nominationem successoris factam a resignante. Et haec omnia cum multis doctis iunioribus docet Sanchez in *opusc. tom. 1. lib. 2. c. 3. dub. 36. n. 23.* qui etiam n. 23. circa uerba eiusdem constitutionis mouet aliud dubium, an uidelicet resignanti liceat nominare successorem, non deducendo in pactum, ut ipsi detur, sed significando collatori, ut si velit, det ipsi. Et respondet quod quidam iuniores dicunt, quod si fiat ante renunciationem, non caret scrupulo, quia Pontifex intendit euitare omnem modum successionis: at si fiat post factam liberam resignationem in manibus Praelati, nullum aiunt esse scrupulum nominare successorem, ut illi detur. Et id uerum esse existimat Sanchez. Tom. 111.

Imò plus addit non uideri contra dictum. Motum proprium Pij V. significare Praelato successorem, relinquendo omnino in eius uoluntate prouidendum. Et ita illa uerba, *caueant ne nunt, aut uerbo*, &c. intelliguntur taliter, ut inducatur pactum tacitum, uel expressum, aut de his assumendis promissio, uel intentio, intelligitur promissio, scilicet expressa, uel intentio, in pactum tacitum deducta, alias dicendum esset, quod punit solum actum internum. Haec omnia Sanchez quae apud alios non facile inuenies, ideo plurimum notanda.

RESOL. CXVI.

*An Episcopus ex iusta causa possit imponere pensiones super beneficia pinguia sua Diocesis.* Ex. p. 9. n. 9. & Misc. Ref. 50. alias 49.

**S.** 1. Circa praesentem difficultatem, adesse aientem & negantem sententiam, notauit Machadus de *perfect. confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. docum. 7. n. 15. 2.* Itaque negatiuam sententiam tenet Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 38. num. 206. Pensionum Constitutionem per stylum Curiae referuari Summo Pontifici; uide Ordinarij non poterunt, nisi quatenus id eis privilegio, uel consuetudine est concessum: nam stylus Curiae ius facit; quod maxime in pensionibus uerum est, quarum ius uniuersum fere constat consuetudine. Confirmatur, quia pensionum Constitutio est contra ius commune, quo statuitur ut beneficia sine immutatione conferantur, *Decretal. lib. 3. ut. 12.* Itaque continet in se dispensationem iuris: at Episcopus utpote inferior non potest dispensare in iure, nisi quatenus id ei ipsum ius, uel consuetudo legitime praescripta, quae instat iuris habeat, concedit. Idem confirmari potest *Extravaag. Ambrosiense de reb. Eccles. non alienand.* Nam Constitutio pensionis non minus est alienatio quam uel decennialis locatio, uel hypothecatio; quia est alienatio rei immobilis; nempe iuris Ecclesiae competentis; pars enim iuris Ecclesiae ad fructus alienatur: quod maxime locum habet in pensionibus perpetuis. Ius autem tale inter immobilia censeri constat. Idem crederim de pensionibus vitalibus, quia non minus inter immobilia censeri debent quam redditus vitales, & usufructus. Adde has pensiones plerumque annexam habere aliorum bonorum obligationem, quae etiam illi *Extravaag. repugnat.* Requirit autem ea consuetudo, ut legitime praescripta censeri debeat, secundum communem sententiam Doctorum, uel 40. annos cum titulo, uel tempus immemorabile sine titulo, quia ius commune, & iuris praescriptio ei obstat, iuxta *cap. 1. de praescriptionib. in 6.* Ita Lessius, cui adde Lopez in *instrum. tom. 1. cap. 203.* Sotum de *instr. lib. 9. quasi. 7. art. 2.* uide Ledesma in *summa tom. 2. tract. 12. conclus. 21.* haec asseruit: *Solo el Pontifice entre todos los Prelados Ecclesiasticos tiene autoridad de poner pensiones sobre los beneficios Ecclesiasticos. Esta conclusion tienen todos los Theologos, y Iuristas. Prueba de la comun costumbre de la Iglesia. De suerte que aunque estando en derecho Divino, qualquier Obispo puede poner pensiones sobre los beneficios de su Obispado que distribuye: pero por derecho positivo esta facultad esta reservada al Sumo Pontifice, como consta por el uso.* Ita ille. Idem asserit Palaus tom. 3. tract. 13. diff. 3. punct. 3. n. 3. Valentia tom. 3. diff. 6. q. 16. punct. 3. Aragonius in 2. 2. *quasi. 100. art. 4. & alij.*

2. Probat hanc opinio Primò ex stylo Curiae de quo testatur praeter Lessium, Cardinalis Toletus in *Summa lib. 5. cap. 83. num. 1.* Secundò ex quodam

Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Ref. 36. 5. Probat hanc sententiam in fine.

LA N A E  
BIBLIA  
O. III. IV. V  
E. III